Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Introductio ad philosophiam - Cod. Ettenheim-Münster 260

[S.l.], [18. Jahrh.]

[Text]

urn:nbn:de:bsz:31-128479

Visual Library

Introductio ad Philosophiam.

Philosophia, si nominis vim spectemus amorem et studium sapientiæ significat; est autem scientia rerum omnium, quæ solo rationis lumine cognosci possunt. quo studio sanè nobilius nihil est, in rebus humanis nihil expetendum magis, hæc Philosophia mentem nostram perficit et illam in veritatis indagine dirigit; voluntatem nostram sanctis informat moribus, rerum quarumcunque etiam profundissimarum atque ab omni materia secretarum naturas, dotes, nexusque inconspicuos menti nostræ meditanda atque conspicienda exhibet, corporum totiusque naturæ vice nobis arcana pandit. inde fluit totum in hoc studium in quatuor partes concinnè posse distingui, quarum 1mia Logica vocatur, Metaphisica altera, 3tia Ethica, et 4ta. demum phisica.

Pars Prima de Logica.

Sunt inter homines quidam pauci admodum, quos natura tam felici mentis perspicatia et cogitandi rectitudine dotavit, ut absque ulteriori ad-